Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67408-p0001-5

50

RECTOR
ET CONCILIUM PERPETUUM
IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

QVod, Hierichunte deſtructâ, inſtauratoribus hujus urbis minabatur Joſua, ut, qui fundamentum ponat, primogenito; qui portas illius conſtituat, filio natu minimo multetur, idipſum in Hiele (1.Reg. 16.) eventu completum legimus. Non bruta, ſed fati vatidica fulmina comminationes Magiſtratus & Præceptorum, quas in inſtauratores deteſtandi, ſed per Dei gratiam abrogati, Pennaliſmi ſparſerunt, habitum iri, nec facilè futuros, qui ſepultas ferè ſub cineribus favillas animare niterentur, ſperâſſemus, ſed ſpem iſtam decollâſſe (proh dolor!) deprehendimus. Non deeſſe quippe malè feriatos, Academicorum larvâ tectos, in auditoriis ferè hoſpites, Profeſſores neque de nomine, neque de facie cognoſcentes, qui neſcio ſub qua προφάσει recens in Academiam ingreſſos argento emungere, verbis ac verberibus non annuentes inceſſere, nec non, ut devotiſſima capita, quovis malo dignos æſtimare ac perſequi non vereantur, certiores evadimus. Furfuris hujus producimus

DAVIDEM HEINRICUM HANEMANNUM, } Grimmenſes,
JOHANNEM DAVIDEM PFANNKUCHEN }
DAVIDEM ROSEN Aſcanienſem,

qui non ita pridem commilitonem in Academia recentiorem ad compotationes invitatum, ut ſymbolas pro reliquis ſolveret, adigere voluerunt, totum ſolvere non valentem verberibus malè tractârunt, & fugientem non ſine periculo perſecuti fuerunt. Quæ res cùm publicam quietem turbet, peſſimi ſit exempli, ſuſcitabulum Pennaliſmi, adverſus leges Academicas, inprimis tot interdicta ſeveriſſima Supremi Magiſtratus è diametro feratur, Nos conſcientiæ, legum ac decretorum tenaces, Vos legirupas, Magiſtratus contemtores, pecuniarum extortores, nominatim TE

DAVIDEM HEINRICUM HANEMANNUM } Grimmenſes,
JOHANNEM DAVIDEM PFANNKUCHEN }
DAVIDEM ROSEN Aſcanienſem,

ad triennium ab hac Academia publicâ voce ſingulos relegamus, ut absque morarum nexu, ſi nondum pedum viſa fuit via, vos hinc faceſſatis, nec ante præfinitum terminum in hæc Muſarum alvearia, niſi pœnas exaſperari vobis velitis, inferatis, ſeverè præcipientes. In hæc exempla, qui Pennaliſmi execrandi reſtitutionem meditamini, mentis & oculorum aciem conjicite: ſi boni eſtis amore virtutis cane pejus & angue malum hoc vitabitis: ſin ſecus, pœnas factis dignas dabitis. PP. Cal. Febr. An. M. DC. LXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67408-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67408-p0004-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67408-p0005-7

RECTOR
ET CONCILIUM PERPETUUM
IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

QVod Hiericunte deſtructâ, inſtauratoribus huius urbis
[illegible] t, filio
[illegible] bruta,
[illegible] s dete-
[illegible] è futu-
[illegible] n iſtam
[illegible] emico-
[illegible] noſcen-
[illegible] peribus
[illegible] non ve-
[illegible]

DAVIDEM HEINRICUM HANEMANNUM, } Grimmenſes,
JOHANNEM DAVIDEM PFANNKUCHEN }
DAVIDEM ROSEN Aſcanienſem,

qui non ita pridem commilitonem in Academia recentiorem ad compotationes invitatum, ut ſymbolas pro reliquis ſolveret, adigere voluerunt, totum ſolvere non valentem verberibus malè tractârunt, & fugientem non ſine periculo perſecuti fuerunt. Quæ res cùm publicam quietem turbet, peſſimi ſit exempli, ſuſcitabulum Pennaliſmi, adverſus leges Academicas, inprimis tot interdicta ſeveriſſima Supremi Magiſtratus è diametro feratur, Nos conſcientiæ, legum ac decretorum tenaces, Vos legirupas, Magiſtratus contemtores, pecuniarum extortores, nominatim TE

DAVIDEM HEINRICUM HANEMANNUM } Grimmenſes,
JOHANNEM DAVIDEM PFANNKUCHEN }
DAVIDEM ROSEN Aſcanienſem,

ad triennium ab hac Academia publicâ voce ſingulos relegamus, ut absque morarum nexu, ſi nondum pedum viſa fuit via, vos hinc faceſſatis, nec ante præfinitum terminum in hæc Muſarum alvearia, niſi pœnas exaſperari vobis velitis, inferatis, ſeverè præcipientes. In hæc exempla, qui Pennaliſmi execrandi reſtitutionem meditamini, mentis & oculorum aciem conjicite: ſi boni eſtis amore virtutis cane pejus & angue malum hoc vitabitis: ſin ſecus, pœnas factis dignas dabitis. PP. Cal. Febr. An. M. DC. LXIII.

Inches Centimetres KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000 Kodak LICENSED PRODUCT
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67408-p0006-2